

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

4. De moderanda actione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

230 *Introd. ad Med. III. Partis.*

fectum la quiete ad respirandum concessa , quasi cul-
querun- pa actionis fiat , quod destituantur fructu con-
turus. templationis . Qui quidem , si humilitatem co-
lerent , in magno beneficio ponerent , quod in
Dei gratiam sese totos impendere liceret sanctis
actionibus , atque ea ratione donum contem-
plationis obtinerent , quod modò avertunt à
se per superbam querimoniam , & fortè simu-
latam , qua tegere volunt & excusare tepida-
tem suam in studio contemplationis . Alij au-

3.
De con-
templa-
tivis-
ma-
lè judi-
cant.

1.
2.

tem queruntur de contemplativis , quasi otio-
sis & Ecclesiæ Dei nihil conferentibus , sed
planè inutilibus , quo in judicio multùm pec-
cant. Primo , quod velint omnes eandem ini-
re viam secum , quasi una tantùm sit ad per-
fectionem contendendi. Deinde errant , quod
otiosos existimant , qui Deo toti vacant , & inu-
tiles , quorum orationibus plurimùm juvatur
Ecclesia , & illi ipsi , qui proximis dant operam.
Quare Dominus Magdalenam defendit , quæ
otiositatis arguebatur à sorore. Agat igitur
gratias Deo unusquisque pro sua vocatione , in
eaque se perficiat , déque aliorum bono gau-
dens , faciat illud sibi proprium.

CAPUT IV.

De moderanda actione.

Nimiā sollicitudinem coarguit Dominus ,
quādo Marthæ dixit. *Martha, Martha solli-
citas es, & turbaris erga plurima. Hujus verò in-
quietu-*

De actione vitæ activæ. 231

quietudinis causa est triplex. Prima est naturæ conditio , ex qua quidam sunt ita animo inquieti , ut se colligere non valeant , ideoque amant distractiones. Alij autem sunt pacati , facilésque ad collectionem sui. Sicut autem hos charitas , cùm opus est , ad actionem provocat , ita illos frænare debet , & ab effusione cohíbere timor spiritualium damnorum inde provenientium , & spes de virtute gratiæ Dei eos ad connitendum confirmare.

Secunda causa est zelus indiscretus , atque 2.
defectus experientiae , unde fit , ut omnia com- Defectus
plecti velint , & ubique adesse. Sic Dominus judicij.
redarguit sollicitudinem Marthæ circa plurima.
Corrigendus est error iste , & suum cuique rei
tempus dandum , juxta illud Sapientia scribæ Eccl. 28.
in tempore vacuitatis , & qui minoratur aetate ,
sapientiam percipit. Hoc est , vir sapiens captat
otium suo tempore , & vacat à curis , & per di-
minutionem , sive cessationem ab actione in-
tendit sapientiae acquirendæ.

Tertia est causa, ab amore sui ipsius, quo fit
primum, ut in res proprias nimio amore fera- 3.
mur, atque ita effundamur foras supra mo- Amor
dum: deinde impulsu vanæ gloriæ sæpe urge- sui ni-
mur ad multa aggredienda, & prosequenda, mius.
non obstante proprio spiritûs detramento. De- Imper-
nique, per indiscretionem, non æstimantes, tuos.
quid expediat, tum licere videatur, contra Pau- Indiscre-
li documentum. *Omnia mihi licent; sed non 1. Cor. 6.*
omnia expediunt. Quidquid ergo speciem ali- 12.

232 *Introd. ad Med. III. Partis,*
quam boni habet, sine delectu suscipitur,
quod est inconveniens.

CAPUT V.

*De uno necessario, quod est proprium
vitæ contemplativae.*

HOC unum commendavit Christus in Ma-
gdalena. *Porro UNUM est necessarium.*
Huc spectat vita contemplativa, ubiq; renuens
pluralitatem, amans unitatem. Primo in usu
rerum temporalium, ex quibus studet quam
paucissimis uti. *Habentes alimenta & quibus
tegamus, his contenti simus.* Multum id
conferit ad quietem cordis, & singulariter id
sectari sunt viri contemplativi, & quo parcis
istis utimur, liberalius à Deo donamur spiri-
tualibus bonis. Secundo requiritur *unitas in-
tentionis*, quæ debet esse gloria Dei, & quæ ad
illam per se diriguntur, uti est præcipue salus
nostra. Quidquid non huc referatur, extra u-
num est, si vel totum mundum lucifaciam.
Huc spectat etiam *Unitas*, quâ sumus *unum
corpus*, & *unus spiritus cum Christo*, & *una
est omnium fides, unum baptisma, una spes vo-
cationis, unus Dominus, unus Mediator, unus
Deus, & Pater omnium*. Quare detestabor
quæcunque me ab hac unitate corporis Chri-
sti, quod est Ecclesia, quocunque modo ab-
ducunt, aut divellunt. Tertia est, *unitas fa-
cultatum animæ, & actionum; quæ in unum
colliguntur.*

1. Unitas
parisimo-
niæ.
1. Tim.
6. 8.

2. Inten-
tionis.

Eph. 4.

3. Unitas
façulta-